Sed furiosus sibi testari non potest. vt. ff. de testamē. l. filius. §. si. marcellus. ergo exemplaris nulla est. Sol. in illa substitutione concurrunt due persone vna vera et alia ficta: sed ficta hic solū consideratur. s. patris testabilis non filij intestabilis simile patet in substitutione pupillari que est testamentum filij vt. j. eo. l. patris et filij. et institu. de pupil. substitu. §. igitur et a patre fit et a iure procedit vt dixi. ff. in materia pupillari. ¶ Decimo opp. quia lex dicit q si furor in personam contingit illud non attenditur. Sed ratio naturalis vt. ff. de tutel. l. qui habet. ergo ratio furoris qui furor est accidens in persona non debet attēdi nec esse causa substitutionis exemplaris. Sed dic q in. l. qui habet ratio naturalis est sufficiens ad producendaz rem in esse p se. hec autem ratio naturalis non est sufficiens ad producendā hanc substitutionem exemplariam. ¶ Ultimo opp. qr dicit lex q si a furioso relinquanī legata legatarij dn̄t cauere venientib⁹ ab intestato de restituen. lega. si in furore decesserit. vt. j. de leg. ij. l. licinius. Sed dic q ibi non fuit facta exemplaris: qr iure isto fieri non poterat: nisi ex priuilegio spāli. vt. j. eodem. l. ex facto. hodie secus vt dicta. l. humanitatis. et ideo legata a furioso relicta hodie cum effectu valerent et viderentur a substituto repetita vt. j. de lega. j. l. licet imperator. cum si. ¶ Expeditis oppositionibus veniamus ad questiones et scdm Dy. circa eā quattuor sunt querenda. s. quare dicatur exemplaris. Scdo in quibus differt a pupillari. Tertio quis est eius effectus. Quarto qualiter finiatur dicitur autē exemplaris † qui inducta est ad exemplum pupillaris vt dictum est et probatur. vt dicta. l. humanitatis. In quibus autē differat a pupillari: dic scdm Dy. et glo. et Az. in summa: saltē in quattor. Primo in persona substituēte qr pupillaris fit solum a parēte masculo: qui habet in potestate. vt. j. e. l. j. et. ij. dixi. ff. in tractatu pupillari. et ideo non fit a matre. vt. j. eodem. l. si mater. hic autem fit a matre et patre vt dicta. l. si mater. et. l. moribus. j. eodem. et. C. e. l. humanitatis. in fin. Item differt in personis quibus fit substitutio: quia pupillaris fit solum impuberi vt dicta. l. moribus. et. l. verbis. j. eodem. hic autem fit etiam maiori. vt dicta. l. humanitatis. Item differunt in personis que debent substitui: quia in exemplari substituuntur solum certe persone coniūcte: si adsunt vt dicta. l. humanitatis. in pupillari secus et potest esse ratio: quia exemplaris nō finitur certo nec determinato tempore. Et ideo lex noluit prouidere coniunctis et proxime successuris vt deberent substitui pupillariter nō finitur certo tempore breui. s. pubertate. et ideo lex non sic curauit proxime successuris. vel aliter potest dici vt dixi in dicta. l. humanitatis. scdm Jacob. de ra. q etiam in pupillari non potest pater substituere quos vult. sed habet necesse substituere quos verisimile est instituisse pupullum si esset maior. Unde si matrem preteriret et aliuz substitueret substitutus repelleretur per matrē vt latissime dixi. ff. in tractatu pupillaris in questiōe an pupillaris expssa repellat matrem. Item differunt in modo finiendi: quia pupillaris finitur pubertate. ista autem recuperata sana mente vt dicta. l. humanitatis. vel natiuitatis sui heredis. vt dicta. l. ex facto. j. eo. Itez differunt in qualitate dispositionis: quia pupillaris potest fieri pupillo instituto vel exheredato. vt. j. eodem. l. j. §. j. et institu. de pupilla. substitutio. §. non solum. ista vero fit solum instituto saltem in legitima vt dicta. l. humanitatis. Addunt etiam quidam q est differentia quo ad bona: quia in pupillari venit oīa bona impuberis. vt. j. eodem. l. centurio. et. l. coheredi. §. cū filie. in ista dicunt non venire nisi bona puenientia a substituēte ad instar patris arrogatoris. argu. j. eodem. l. si plures. §. in arrogato. De hoc vide. j. in questionibus versicu. modo quero quis sit effectus. Sed hanc differentiam non puto veram cum nō inueniatur in iure expresso: et ideo dico q in hac veniūt omnia bona sicut et in pupillari. et pro hoc bene. j. eodem. l. ex facto. vbi equiparantur al's sequeretur q decederet pro parte testatus et pro parte intestatus: qd ius nostruz non patitur. vt. j. de regu. iur. l. ius nostrum Nam substitutus haberet bona obuēta a substituente veniente ab intestato haberet aliqua. ¶ Sed ex quo vidimus in quibus differant: videamus in quibus conueniūt. Dic q veniunt in causa producente in esse nisi sicut pupillaris inducta fuit: qr sibi pupill⁹ testari nō poterat ita et exēplaris: qr furiosus vel mente captus testari non poterat vt. d. l. humanitatis. sicut et al's furiosus et pupillus eqparanī. ff. si certū pe. l. certi cōdictio. §. qm̄. et. j. de vb. obl. l. is cui. imo minus hz de cōsensu furiosus qz pupillus. vt. j. de regu. iur. l. in negocijs. Itez habet similitudinē in finiendo: qr sicut pupillaris finitur pubertate. vt. j. e. l. in pupillari. ita exemplaria cessante impedimento furoris. vt. j. e. l. ex facto. et. d. l. humanitatis. Tertio conueniunt in potētia: qr sicut pupillaris excludit qrelam. vt. ff. de inoffi. testamē. l. pap. §. sed nec impuberis. ita et exemplaria. vt

Que dicatur exemplaris substitutio et in qb⁹ differat a pupillari.

In qb⁹ cōueniūt exēplaria cū pupillari.

dicta.l.humanitatis.ij.rñ.Queramꝰ itaqꝫ rationem predictorum.

Quare mr̃ nõ pot facẽ exẽplarẽ substitutionẽ ⁊ nõ pupillarem.

58 ¶ Et primo que est ratio ꝙ mater † nõ facit pupillarem:sed exẽplarem.dicit Guil.ꝙ pupillaris fit pupillo qui impeditur testari scdm ordinem iuris et nature:et iõ nõ potest ei substitui nisi ab eo qui habet eũ in potestate:que potestas ẽ de iure ciuili.vt insti.de patria potes.in princi.et.s̃.de his qui sunt sui vel al.iur.l.nam ciuiũ.furiosus vero impeditur iure nature tãtum:⁊ ideo iure pietatis ista substitutio exemplaris permittitur.vt dicta.l.humanitatis.hec autez pietas cadit pariter in patre et matre.vt.s̃.de cur.furiosi.l.furiose.Ray.reddit aliam rationem:quia in exemplari magis est periculum q̃ in pupillari:quia pupillaris certo ⁊ determinato tempore finit̃ ⁊ expirat scꝫ pubertate:exemplaria vo hꝫ tẽpꝰ incertũ ⁊ qõ põt esse ppetuum:si ppetuo furor durat:⁊ ideo in ea cautiꝰ fuit agendũ ⁊ puidendũ vt posset fieri a matre ⁊ patre.ar.C.de ap.l.addictos ⁊.j̃.de carbo.edic.l.j.§.sed ⁊ si quis.Preterea pupillaris excludit venientes ab intestato.vt.s̃.de inoffi.testamen.l.pap.§.sed nec impuberis.in exemplari vo nõ.Et ideo pupillaris que magis est larga fuit concessa soli patri:exemplaris autem q̃ a iure est magis limitata ⁊ scripta fuit cõcessa etiam matri.

Unde ẽ ꝙ in pupillari possunt institui extranei.in exemplari non.

Item q̃ro que sit ratio ꝙ in pupillari possunt institui extranei in exemplari non solum coniuncti. Guill.dicit q: pupillaris fit solum ab eo qui habet in potestate vt.j̃.eodem.l.ij.quã potestatez põt etiã ad extarneos extẽdere:sed exemplaris fit ratione humanitatis vt dictum est que humanitas nõ esset si substituerent̃ extranei exclusis cõiunctis.Ray.assignat aliam rationẽ quia pupillaris substitutio conceditur parentibus ppter defectũ etatis.exemplaris vero ratiõe demẽtie ⁊ imbecillitatis*.Sed infelicitas* vnius non debet retorqueri in damnum alterius arg.est.C.de nup.l.fi.ergo furor nõ dꝫ nocere venientibꝰ ab intestato:sed in pupillari veniẽtes ab intestato nõ possunt conq̃ri de aliquo casu fortuito:quia non subest in pupillo:nec de natura causari possunt:q: sic pupillus ar.C.de libe.p̃teri.l.maximũ vitium ⁊ de suis ⁊ legi.l.lege.xij.tabul.

al's infelicitatis.
al's imbecillitas.

Quare exẽplaris substitutio nõ põt fieri exheredato.

59 ¶ Ulterius quero quare exẽplaria † non põt fieri exheredato sicut pupillaris rñ.ꝙ in pupillari agitur de mera prouisione pupilli.vt.C.de inoffi.testa.l.ex tribus:⁊ ideo etiam sibi exheredato fieri põt exemplaris aut fit ratione pietatis* et hereditatis que est exheredationi contraria.vt.s̃.de inoffici.testamen.l.j.⁊.l.titia.potest esse et alia ratio quia pupillaris fit impuberi qui potest esse doli capax.j̃.de furtis.l.impuberem.Et sic committere causam ingratitudinis quare potest exheredari:furiosus autem non vt institu.de pupil.substitutio.§.non solum.

al's humanitatis ⁊ meliꝰ

Quis sit effectus exemplaris substitutionis

60 ¶ Modo quero quis sit effectus huius substitutionis et ad que bona trahatur Dy.et glo.tenet ꝙ trahat̃ ad oĩa bona substituentis † et cui fit substitutio sicut ⁊ pupillaris.vt.j̃.eodem.l.sed si plures.§.ad substitutos al's sequeretur absurdum qõ decederet pro parte testatꝰ:⁊ pro parte intestatus vt dixi.s̃.in differẽtijs inter istã ⁊ pupillarẽ.versic.in quibꝰ aũt differat circa scdꝫ ⁊ pro hoc.j̃.e.l.ex facto.in princpi.hoc etiam sic probatur vbi dissimilibus differentia non inuenitur p omnia similia iudicãtur.vt.j̃.de testa.mili.l.in fraudem.Sed inter pupillarem et istam non inuenit̃ hec differẽtia ergo ⁊c.Et pro hoc etiã bene facit dicta.l.humanitatis.hoc etiam probatur fortissima ratione.Nam vbi ratio eadem vel maior ibi idem ius vt.s̃.ad.l.aquil.l.illud.sed in exẽplari est maior ratio quod omnia bona veniant in pupillari ergo ⁊c.ꝙ sit maior ratio patet:quia ĩ pupillari possunt substitui extranei.vt.s̃.de inoffi.testamen.l.pap.§.sed nec impuberis.in exemplari vero substituũtur venientes ab intestato.vt dicta.l.humanitatis.et cõuenientius est ꝙ venientes ab intestato habent omnia bona. Et hoc in exemplari facta a patre naturali.Secus si a patre arrogatore:quia tunc non trahitur ad bona filij sicut nec pupillaris facta ab ipso arrogatore vt de ado.l.si arrogator.et.j̃.eodem.l.sed si plures.§.in arrogato.⁊ potest esse ratio differentie:quia etiam in hac substitutione potest pater arrogator quoscũqꝫ etiam extraneos substituẽ:et non est verisimile quod velit preferre propinquos filij adoptiui suis ppinquis que ratio cessat in patre naturali:quia quilibet qui est propinquus patris naturalis.

Qñ furioso fctã ẽ exẽplarꝫ p p̃rẽz ⁊ postea per mr̃em fil'r institutꝰ est an substitutꝰ capiet oĩa bona.

¶ Deĩde quero pater fecit exẽplariam filio furioso mater eundem heredem ĩstituit iste furiosus decessit mortuis patre et matre.Queritur an iste res a matre obeunte debeantur substituto per patrem an legitimis matris et questio in hoc pendet vtruz iste furiosus institutus per matrem incertis rebus vt dictum est habeatur loco legatarij vel heredis:nam si loco heredis venirent legitimi matris si loco legatarij eaꝫ haberet substitutus a patre.Ray.tenet ⁊ bñ quod habeatur loco legatarij per.l.quotiẽs.C.de here.institu.et ideo substitutus per patrem ad ea admittatur.vt.C.de cur.furiosi.l.fi.§.tali.

Utrũ exẽplaris substitutio possit fieri surdo et muto.

61 ¶ Item quero nunquid surdo † ⁊ muto possit fieri hec substitutio ⁊ videtur ꝙ nõ nisi impetretur a principe vt.j̃.eodem.l.ex facto.⁊ q: lex non dicit ergo nec nos.C.de cadu.tol.l.j.§.sin autem ad deficientẽ.et sol.ma.l.si vero.§.de viro ⁊ hoc tenent Jac.de ra.et Marti.sy.Guil.⁊ Ray.tenẽt oppositum ⁊ sic arguunt vbicũqꝫ in diuersis personis est eadem ratio:ibi idẽ ius.j̃.de ver.obl.l.a ticio.sed in muto ⁊ surdo est par ratio:q: testari non possunt.vt.C.qui testa.facere pos.l.discretis ergo ⁊c.Si autem non esset eadem ratio vt quia surdus vel mutus esset litteratus et sciret scribere quo casu potest testari vt dicta.l.discretis.hoc casu cessaret lex que prodita est non solum cum non põt testari vt dicta.l.humanitatis.non ob.l.ex facto:quia ibi loquitur scdm antiqua iura scdm que non erat inuenta ista substitutio exemplaris que postea inuenta est per.l.humanitatis.non ob.ꝙ lex non debeat extendi quia verum est ad casum dissimilem et eãdem rationem non habentẽ et ita loquũtur contraria:secus in simili:et vbi est eadem ratio.vt.j̃.de regu.iur.l.que propter necessitatem.⁊ in glo.et not.per Dy.et alios eodem tit.c.in argumẽtum.lib.vj.

An exẽplaris substitutio possit fieri prodigo.

62 ¶ Item quero an possit fieri pdigo † hec substitutio videtur ꝙ sic nec cum ipse possit testari.vt.s̃.de testamen.l.is cui.sed contra:q: hec substitutio fit humanitatis intuitu.vt dicta.l.humanitatis.que humanitas non cadit in prodigo:qui habet vitium ⁊ defectum a suo delicto et ex delicto suo non debet premium consequi.s̃.de nego.gest.l.sine hereditaria:⁊ quia se in necessitate posuit ei non subuenit̃.s̃.qui satisda.cogan.l.si fideiussor.§.si necessaria.⁊ ex quibus causis maio.l.non enim.Hoc non placet Ray.quia furioso ⁊ prodigo pariter prouidetur a iure.arg.C.de cur.furiosi.l.j.et videtur expressum eod.ti.l.fi.ad ratiões.Guill.rñ.ad.l.sine hereditaria.ꝙ ibi delictum erat punibile ⁊ damnabile quia commissuz erat in alium.In pdigo autem est vitium damnabile:sed nõ in alio ꝙ autẽ ad aliõ qõ se posuit in necessitate rñ.ꝙ in illis.l.nollebat consequi beneficium cum aliena iniuria.Hic autem vult venire cum iure qñ alteri nõ nocet ⁊ sibi prodest ar.s̃.de euict.l.an creditore.⁊ de aqua plu.arcen.l.ij.§.item varijs Sed pone ꝙ aliqs habebat filiũ emancipatũ q testa.fecit añq̃ esset furiosus postea factꝰ ẽ furiosus.nunqd pr̃ põt ei hãc substitutionẽ facere videt̃ qꝫ sic per iura tractantia de ista substitutione q̃ indistincte de furioso loquitur nec curãt quo tpe fuerit furiosus.Guil.contra q: testm̃ non rumpitur per furorem superuenientem.vt.s̃.de iniu.testamen.l.lucius.⁊.C.qui testa.facere possunt.l.furiosum.cum ergo cesset ratio que noluit furioso substitui.s.quia non poterat condere testamentum.vt instit.eo.§.cesset.⁊ lex q: vbi est ꝯsiliũ hominis cessat cõsiliuz legis.C.de pact.conuen.l.fi.⁊.j̃.de precario.l.⁊ habet.§.cum quis.⁊ pro hoc in aut̃.vt nulli iudicũ.§.in illis prouincijs.⁊ hoc verum firmo manente testamento per ipsum filiuz cõdito:si enim aliquo modo dificeret vt quia institutꝰ in eo mortuus esset vel alio modo tunc posset fieri hec subitutio:quia non reputatur testm̃ ex quo non aditur hereditas vt.s̃.de hered.insti.l.pater filie.⁊ de testa.tute.l.si nemo.

Quid si facta est substitutio exẽplaris filio qui postea resipuerit sꝫ iterato reincidit in furorem.

¶ Sed pone ꝙ pater fecit hanc substitutionem filio furioso qui postea ad sanam mentem redactus est ⁊ sic postea expirauit substitutio.vt.j̃.e.l.ex facto iterato reincidit in furorẽ nũquid recõualescit substitutio videtur ꝙ sic per legem.C.de cur.furiosi.l.penul.Jac.de ra.tenet ꝙ non recõualescat.⁊ allegat.j̃.de ver.oblig.l.inter stipulantem.§.sacram.et de sol.l.qui res.§.areã.Guil.dicit aut iste reincidit in furorem patre viuente:⁊ tunc substitutio conualescat si post mortem nõ allegat.in ar.s̃.de iniu.testa.l.posthumus.coniuncta.l.ij.et.l.ꝙ certarum.C.de posthu.hered.insti.ad.§.aream.in.l.qui res.de solu.rñ.ꝙ ibi lex considerauit rigorem hic autem loquimur de humanitate ⁊ equitate.ar.sepe allegate.l.humanitatis.C.eod.

Quid si diuersi substituti dati sũt vnꝰ a patre aliꝰ a mr̃e q's corꝫ admitatur ad bona aduentitia pupilli.

¶ Ulterius quero quia supra dictum est ꝙ pater ⁊ mater possunt facere hãc substitutionem pone ꝙ mater dedit vnuz substitutuz:pater dedit aliũ furiosus habebat bona ppria aliũde obuenta quis substitutus preferetur in istis bonis.Sed si teneremus opi.ꝙ in iusta substitutione non venirent bona impuberis q̃ tamen vera non est.vt.s̃.dixi:tunc quilibet substitutus veniret in bonis obuentis a substituente et venientes ab intestato admitterentur ad alia.vt.j̃.eodem.l.sed si plures.§.in arrogato.Sed quia dicta opinio vera non est videtur ꝙ substituti ambo bona omnia diuidere debeant.ar.j̃.de le.j.l.si pluribus.et institu.de legiti.agnato suc.§.si coniuncti.Sed hic videt̃ opinio rusticorum per.l.nesennius.s̃.de nego.ges.Item iste haberet pro vna re duos substitutos quod non admittitur in pagano.vt institu.quibus modis testamen.infir.§.posteriore.nec ob.qõ dicitur de patre arrogatore et naturali:vbi habet duos substitutos:quia illud ideo q: habet duos patres.Jaco.de ra.dicit substitutuz a patre debere preferri in omnibus bonis.ar.C.de cur.furiosi.l.fi.et bene facit.j̃.de adult.l.nec in ea.Et quia

in talibus

in talibus prefertur pater matri.vt.j.ad tertul.l.ij.§.obijcitur.
Hāc etiā opi.sequebatur Mar.sil.et allegabat.C.si contra ma
tris voluntatem tutor datus sit lex ista. Guil'.dicit ꝙ aut pa/
ter est vilis et suspecta persona et mater honesta:et tunc pre/
fertur substitutus a matre.argu.j.de libe.exhiben.l.iij.§.etiaꝫ.
et de iniurijs.l.sed si vnus.§.filio.al's substitutus a patre pre/
fertur.Si pater honestus est per iura preallegata:sed nōne est
iniquum quod substitut⁹ a patre habeat bona a matre relicta
dic quod tenetur restituere substituto a matre p fideicommis/
sarium et ex causa probabili et directa substitutio trahitur ad
fideicommissariam.argu.l.precibus.C.eodem.j.ad trebell'.l.ex
facto in princip.et.l.sceuola.de lega.j.l.filiussa.§.vt quis here/
dem.ꝛ de leg.iij.l.cum quis decedens.§.filiam.ꝛ.s.de iniusto te
stamento.l.posthumus.§.si paganus.dicte tamen leges in di/
uersis casibus loquūtur:sed pro Guil.facit.s.de adopt.l.si ar
rogator.ꝛ hoc dicit Ray.se aliquando tenuisse.Sed modo te/
net in patre suspecto idem ꝙ Guil.in non suspecto dicit ꝙ su/
stitutus a patre habebit bona patris.Et substitutus a matre
bona matris iure directo ad instar substitutionis facte a patre
arrogatore ꝛ naturali vt.s.de adop.l.si arrogator.Et sic ibi ha
bet duos parentes.ita et hic ꝛ pro h facit qd no.dicta.l.si arro/
gator.nec est icōueniēs ꝙ hēat hoc casu duos substitutos seu
duos hedes cū hēat duos parētes vt dictū ē:nā ad vnū absur
dū scilꝫ quod quis habeat duos parentes possentes substitue
re sequitur aliud quod possint dare duos substitutos vt.C.de
rescinden.vendi.l.ratas.ꝛ.j.de condi.ꝛ demōstra.l.a testatore.
ꝛ ibi not.ad contraria rū.primo ad.l.vlti.C.de cur.furiosi:quia
ibi cessabit matris prouisio et eodem modo respondet ad dictā
l.si contra matris voluntatem tutor datus sit argu.s.de testa.
tute.l.pater.ad.l.nec in ea.de adult.dicit quod ibi est casus spe
cialis ad.l.ij.§.obijcitur.j.ad tertullianum. Respondet quod
ibi tractaē de successiōe filij ab intestato hic ex testō qd pariter
a patre et a matre procedit ad quod facit dicta.l.pater.s.de te
sta.tute.ꝛ.C.de testa.tute.l.mater.Item hodie etiam ad succes/
sionem filij intestati admittuntur pariter pater et mater.vt.C.
ad tertul.auten.defuncto.Sed pone quod mente captus ha/
bet solum auum paternum et matrem quis eorum prefertur in
restituendo.videtur auum preferendum sicut allegaui.s.pro/
xima questione de patre et pro hoc facit in vsibus feudo.de suc
cessio.in feudum.§.filia vero.ꝛ de fratribus de nouo beneficio
inuestitis.c.vna.Sed dic matrem preferendam cum sit proxi/
mior immediate:et ideo mater maiorem pietatem habere pre/
sumitur ad filium ꝙ auus.arg.s.de nego.ges.l.nesennius.et in
tuitu pietatis ꝛ humanitatis:hec substitutio cōcessa est vt.d.l.
humanitatis.C.e.et p hac opi.facit.j.ad tertul.l.ij.§.obijcitur.
et.C.ad tertul.autē.defuncto. ¶Predicta vera nisi au⁹ haberet
hunc nepotem in potestate qr tunc ratione potestatis pferrere
tur auus.vt.j.eo.l.ij.in princ.ꝛ de lega.j.l.filiussa.§.scōm vulga
rem.ꝛ quia hoc casu non posset sibi testari si esset sane mentis.
vt.s.de testa.l.qui in potestate prefertur:ergo auus ratiōe po/
testatis quia mater non potest eidem testari:immo nec pr pos/
set facere exemplarem filio qui esset in potestate aui nec auus
nepoti:qui esset recasurus in potestate patris.vt.s.de lib.ꝛ po
sthu.l.filius a patre.§.j.cum ꝛ hoc sit in pupillari. vt.j.codeꝫ.l.
ij.§.j.Ergo idē in exemplari que est ad eius exemplum inuenta
ꝛ sic erit iste casus in quo exemplaris fieri nō poterit:simile ha/
betur.j.de adulte.l.sic eueniet.

An pater ꝛ mater substituentes filio exēplariter possint seipsos substituē

¶Deinde quero an pater ꝛ ma
63 ter facientes exemplariam possint seipsos substituere.Et vide
tur ꝙ si mente captus non habeat liberos qd possint:qr etiam
ab intestato succederent vt.j.eodem.l.si filius.de lega.j.l.iul.et
de secundis tabulis.l.si sub conditione.in fin.sicut ꝛ tutor admit
titur in emptione rerū pupillariū tanꝙ alius.C.de contrahen.
emptio.l.cum ꝛ ipse.ꝛ de admini.tut.l.tutor rerum ꝛ aīalium.ꝛ
pro hoc.C.de dolo.l.prima.Sed dic contra quia preses se tuto/
rem dare non pōt vt.s.de offi.pto.l.si.ꝛ de officio presidis.l.pre
ses. ¶Preterea in exemplaria oportet quod filius sit institu/
tus et adeat hereditatem sicut et in pupillari.j.eodem.l.ij.§.
adeo.aut ergo pater moreret viuo filio ꝛ expiraret substitutio
vt.j.de suis ꝛ legitimis.l.si ex pluribus.si filius premoritur idē
quod adire non potest cum non sit hereditas viuentis.vt.j.de
acquiren.heredi.l.neminem.ꝛ.l.qui superstitis.et hoc etiam te
net Jac.de ra.ꝛ allegat so.ma.l.si tibi mandauero.§.si tibi.hoc

An furioso ipuberi possit fieri exemplaria substitutio.

64 etiam tenet Mar.si. ¶Item quero nunquid furioso † impu/
beri possit fieri exemplaria .Jacob.de are.et Dy.tenent quod
nō:quia sibi potest pupillaris fieri pro hoc.s.de tutel.l.qui ha
bet.in princip.et.§.j.ꝛ de cur.furiosi.l.prima.ꝛ ibi in glos.et ar/
gu.de arbi.sed et si in seruum.§.si quis iudex. ¶Considerata
potius causa naturali ꝙ accidentali:ꝛ erit iste effect⁹ quia ista
pupillaris finietur pubertate:ꝙuis duret furor:ꝛ i ea possunt
extranei substitui qd non est in exēplari.Guil.dicit et bene aut
impubes est emancipatus cui pupillaris fieri non potest et ha
bet locum exemplaris si est in potestate et sibi fiat exemplaris
infra tempora pupillaris etatis valebit vt pupillaris directa:
non vt exemplaris vt dicta.l.qui habet.ꝛ de liberis et posthu/
mis.l.qui filio.post pubertatem valebit vt exemplaris argu.j.
eodem.l.centurio.in fi.ꝛ inducit talem ratione vbi extraordina
rium est plus duraturū finito ordinario extraordinariū sumit
vires et habet effectum.vt.j.de fideiussoribus.l.heres a debi/
tore.§.quod si is.et.l.generaliter.ita est in proposito quia exem
plaris plus durat ꝙ pupillaris vt predixi.Et ideo finita pu/
pillari incipit habere effecum exemplaris hoc etiam sic proba
tur verba substitutionis exemplaris omne tempus comprehē
dunt ante pubertateꝫ.Et post ergo infra tempora pubertatis
erit pupillaris postea exemplaria nam vtraqꝫ est directa arg.
j.de lega.primo.l.si pluribus.s.de liberis ꝛ posthumis.l.gall⁹.
§.j.de nego.gestis.l.pompo.in negocijs.de lega.j.l.titia seio.§.
vsuras.ꝛ de heredibus instituen.l.iij.§.qui fideicommissariaꝫ.
¶Sed contra hoc opp.quia si infra tempora pubertatis ali/
quo iure valet post tēpora pubertatis nullo iure valere debet
vt not.in.l.precibus.C.eodē.ꝛ.j.ad trebel.l.sceuola. Sed dic ꝙ
verum est quod si valuit infra tempora pupertatis:post tēpo/
ra pubertatis aliquo iure valere nō potest.s.diuerso quia si va
luit iure directo non potest obliquari:et ita loquiē contraria:sꝫ
hoc valet vtroqꝫ tempore iure directo:licet vno tempore vt pu
pillaris altero vt exemplaris ꝛ sic non est ius diuersum:ad hoc
facit dicta.l.iij.§.q fideicōmissariū.s.de here.insti.

An sub pupillari expressa contineaē exemplaris tacita.

¶Sed po/
65 ne quod pater fecit filio pupillo † pupillarem expressam mor/
tuo patre efficitur furiosus et pupes nunquid in illa pupillari
expressa cōtinebitur tacita exemplaris vt ex tali sub intellectu
admittatur substitutus etiam post pubertatem videtur ꝙ non
quia pupillaris habet limitationem temporis pubertatis vt
j.eodem.l.in pupillari.ergo vltra nullo modo valet vt.j.codeꝫ
l.si ita quis.ꝛ.l.ex facto.§.item quero.ꝛ quia hoc non reperitur
l.expressum.Ergo non est nostrum extendere leges loquentes
de vulgari et pupillari ad exēplarē.ar.C.de predijs curia.l.fin.
ꝛ.s.solu.ma.l.si vero.§.de viro.Nā erubescimus cum quid sine
lege dicimus.vt.C.de col.l.illam.ꝛ in aut.de trien.ꝛ semis.§.vi/
demus.Guil.tamen tenet contrarium quia pupillaris expres/
sa continet tacitam vulgarem sibi oppositam vt.j.eodem.l.iaꝫ
hoc iure.ergo multo fortius exemplariam sibi similem.nam in
similibus facile fit transitus scōm phm.ꝛ.j.de bon.possio.l.iij.
§.fi.ꝛ.s.de rei vendi.l.in rem.§.item si quecunqꝫ.ad.l.si ita qs.
et.l.ex facto.§.item quero.j.eodem.que arguunt vltra tempus
limitatum non debere extendi.Rū.quod ibi tempus fuit indu
ctum gratia demonstrationis:ꝛ ideo iuris dispositionem nō in/
ducit vt.j.de conditi.ꝛ demonstra.l.nominatim.ꝛ de alimen.le.
l.mella.in princi. Sed hic rū.non videtur sufficere ad predictā
l.si ita quis.vbi demonstratio importat ministerium iuris.Un/
de dic ꝙ ibi loquitur in eadem specie substitutionis:hic autem
vitiatur species substitutionis propter accidens in personam
superueniens argu.dicta.l.iij.§.qui fideicommissariam.de he/
re.instituen. ¶Predicta dic fore vera quādo pupillus erat furio
sus tempore testamenti secus si furor postea accidisset:qr tunc
pater de eo non videtur cogitasse:nec cogitare debuit. nam fu
ror est accidens contra naturam.C.de codicill'.l.nec codicillos.
et talis casus expectari non debet vt.j.de verbo.obligatio.l.in/
ter stipulantem.§.sacram.nec ob.j.eodem.l.iaꝫ hoc iure.vbi fu
turus casus cōsideratur quia ibi in casu qui potest scōm natu/
ram euenire.hoc de eo qui est contra naturā vt predixi.

An sub vulgari expressa contineaē tacita exemplaris.

¶Itē
66 quero an sub vulgari expressa † contineatur tacita exēplaris
videtur ꝙ sic quia continet tacitam pupillarem sibi contrariaꝫ
ergo fortius exemplariam sibi similem.vt.j.codeꝫ.l.iam hoc iu
re Guil.dicit contra:et ratio est quia cum testator facit vulga/
rem non videē cogitasse de exemplaria que venit ex accidenti
contra naturam.s.propter furorem qui considerari non debet
vt dixi.s.proxima questione.Item quia subintelligere pupilla
rem sub vulgari non est tantum periculum sicut esset in exem/
plari quia pupillaris habet certum tempus.s.pubertatis exē/
plaris non arg.s.de tutelis et ra.distra.l.nisi finita.Iteꝫ p hoc
facit quia duo specialia in idem non concurrunt.vt.j.de condi
tio.et demonstratio.l.mulieri.ꝛ not.C.de dona.l.j.Si ergo vul/
garis continet vnam tacitam:scilicet pupillarē non potest aliā
continere scilicet exemplarem.Et per hanc vltimam rationeꝫ
idem sentit Ray.sed contra hec insta quia pupillaris expressa
continet tacitam vulgarem et exemplariam vt dixi.s.proxi.que
stione. Sed dic qd illud contingit ratione similitudinis quam
habet pupillaris cum exemplari: vnde eam de facili inducit
argu.s.de rei vendicatione.l.in rem.§.item si quecūqꝫ.domin⁹

Old.distinguit aut vulgariter fit a principio homini sane mē/
tis licet postea efficiatur furiosus. Et hoc casu vulgaris non cō
prehendit exemplarem: quia vna substitutio non potest alterā
comprehendere nisi comprehensa sit talis: que posset expresse
fieri. vt. ĵ. eodem. l. iam hoc iure. §. j. ꝛ. C. eodem. l. ij. ꝛ. l. q̄uis. sed
exp̄ssa exēplaris non posset fieri a principio homini sane mētis
vt dicta. l. humanitatis. ergo ꝛc. Si vero sit facta ab initio fu/
rioso videtur tunc exemplaris ipso effectu in vulgarem inclu/
di: sic enim dicitur ꝙ furioso instituto moriente in furore substi
tutus admittitur. vt. C. de cur. furiosi. l. fin. §. si autem in furo/
re. quod non potest intelligi ex virtute vulgaris: quia re ipsa fu
riosus fit heres per curatorem adeuntem non quantum ad so
lam administrationem. vt. ĵ. de lega. ij. l. licinius. §. j. ad trebellia
num. l. cum heres. s̄. de autori. tutorum. l. si ad pupillum. ꝛ not.
dicta. l. fi. §. j. ꝛ. §. si autem in furore. C. de cur. furiosi. si sic est er
go vulgaris expirat. vt. C. eodem. l. post additaꝫ. Si vero ea nō
admittatur sequitur quod ex nulla alia nisi ex exemplari. Sed
credo quod ibi non vocetur ex vi substitutiōis: sed ex vi legalis
dispositionis fingentis hereditatem non aditaꝫ per furiosum
eo in furore decedente sicut et in minore petente restitutionem
contra aditionem vt. ĵ. eodem. l. ij. §. ergo talis dispensatio fit in
auť. de heredibus ꝛ fal. §. si vero institutio. ꝛ no. dicta. l. post adi
tam. nec em̄ potest de exēplaria intelligi: cū loquatur de furio/
so tñ a quolibet ex̄neo instituto: qui non possit exēplariter sub/
stituere vt patet dicta. l. humanitatis. Oldra. ad istam questio
nem ꝛ precedentem vide. ĵ. in materia breuiloqua. ver. xiij. que/

¶ An exēplaris facta filio īpuberi contineat vulgarem.

67 re. ¶ Adbuc quero nunquid exemplaris † facta filio impube
ri contineat vulgarem: et videtur quod non q̄ hac. l. non caueť.
argu. solu. matri. l. si vero. §. de viro. ꝛ de acquirē. re. dominio. l.
in agris. Guilľ. tenet oppositum: quia pupillaris eaꝫ continet
ergo et exemplaris: si enim pupillaris expressa continet tacitā
vulgarem. vt. ĵ. eodem. l. iam hoc iure. ꝛ que excludit venientes
ab intestato. vt. s̄. de inoff. testamen. l. papinianus. §. sed nec im
puberis. ergo multo magis debet eam continere exemplaris:
in qua veniētes ab intestato substituuntur. vt. l. humanitatis.
C. eodem. Preterea inter pupillarem et exemplarē nō inueni/
tur hec dissimilitudo. ergo dissimilitudo debet remanere. vt. ĵ.
de testamento militari. l. in fraudem. non ob. §. de viro. quia ibi
ratio dissimilis et maior. Eodem modo nō obstat. l. constitutio
nib⁹. ad municip. quia ibi loquitur in casu odioso ꝛ stricti iuris
hic in casu fauorabili et ampliando. vt. s̄. de liberis et posthu/
mis. l. cum quidam. non obstat. l. in agris. quia ibi est legis limi/
tatio hic non: immo ampliatio propter rationem similitudi/
nis. vt. s̄. dixi in materia vulgaris. versicu. sed quia dictum est.

¶ An filius possit patri furioso exēplariter substituere.

68 Sed quod in expressa pupillari. ¶ Modo quero an filius †
patri furioso possit hanc exemplariam facere videtur quod sic
per. l. is qui. de tutoribus ꝛ cura. datis ab his ꝛ de cura. furiosi.
l. j. §. fina. et. l. sequen. Sed Guilľs contra: quia exemplaris ad
exemplum pupillaris est inducta. vt. l. humanitatis. C. eodem.
sed pupillaris filius patri non facit: ergo nec exemplariam. ar
gu. l. in testamento. ĵ. de condi ꝛ demonstra. videť enim impossi
bile quod sit pater et pupillus: et quia hoc conceditur solum
parentibus et non liberis. vt dicta. l. humanitatis. et a verbis
non est recedendum. vt. s̄. de exercito. l. j. §. si is qui nauem. ver.
igitur in re dubia. Iteꝫ idem probatur alia ratione: q̄ ideo pa
ter fecit filio exemplarem quia ipso iure filius est heres et eidē
queritur patri hereditas etiam furioso. vt. C. de cura. furiosi. l.
l. fina. §. si autem. in patre autem secus. vt. ĵ. de lega. primo. l.
a filio. et quod ibi nota. nam nec alij furioso queritur ipso iure
hereditas. Immo defertur substituto et venientibus ab inte/
stato. s̄. de cura. furiosi. l. fina. §. penul. de bonorum possessio. fu
rioso delata. l. vna. ꝛ de petitio. heredi. l. furioso. sed pupillaris
nunq̄ potest habere locum nisi adita hereditate. vt. ĵ. eodeꝫ. l.
ij. §. adeo. ergo cum hereditas filij non possit haberi pro agnita
per patrē furiosum restat ꝙ hec substitutio non potest fieri pa
tri per filium. Sed hec rō videť eē iure falsa: q̄ exemplaris fit
a patre nō habente filiū in potestatē ꝛ a mr̄e. vt. l. humanitatis
in quibus cessat ratio existētie sui heredis ergo ꝛc. tamē Ray.
adhuc tenet opinionem predictam per glo. positam in dicta. l.
is qui de tutore et cura. da. ab his ex qua colligitur quod pater
habet maiorem potestatem in bonis filij q̄ econtra: ad contra/
ria respon. quod loquitur quo ad curationem nō quo ad testa
menti factionem sic econuerso. ĵ. de lega. ij. l. cum pater. §. cura

¶ Utrum valeat substitutio si fili⁹ sit institutus in minus legitima: et si valeat an substitutus possit agere ad supplemētū

toris. et de liber. lega. l. aurelio. §. gaius. ¶ Sed nunquid va/
let ista subitutio si pupillus sit institutus in minus q̄ in legiti/
ma: et si valeat an substitutus poterit petere supplementum:
et videtur quod non valeat per. l. humanitatis. vbi dicit ꝙ de/
bet eum instituere saltem in legitima. Guil. contra per. l. omni/
69 modo. C. de inoffi. testamen. ꝛ substitutus † poterit petere sup/
plemētū sicut heres furiosi argu. ĵ. de. l. is q solidū. supplemen/
tum enim petitur cōditio, ex dicta. l. omnimodo. que ē ciuilis et
transitoria. vt institu. de perpetu. ꝛ tempora. act. in princip. sed
contra predicta instatur: quia scōm hoc substitutus pro par/
te approbat voluntatem: ꝛ pro parte contradicit que fieri non
debet. vt. ĵ. de his qui. vt indignis. l. post legitimuꝫ. §. admittiť.
et de bonis libe. l. nam absurdum. Sed rñ. ꝙ hoc non posset ex
sua persona: sed hic facit ex persona ei⁹ cui substitutus est: qd
potest vt. C. de le. l. cuꝫ quidam. ꝛ pro hoc. s̄. de here. insti. l. liber
homo. §. fi. ĵ. de his qui. vt indignis. l. si cui. et ad. l. falc. l. reperiť

¶ Substitut⁹ potest agere ad suplemētū legitime.

¶ Utrū exemplaris excludat matrem

70 ¶ Item queritur nūquid ista exemplaris † matrem excludat
Guil. dicit ꝙ exp̄ssa sic sicut dr̄ de pupillari. vt. ĵ. e. l. luci⁹. s̄. de
inof. testa. l. pap̄. §. sed nec īpuberis. tacita aūt nō. vt. C. de insti.
ꝛ substi. l. fi. ꝛ dictū ē. s̄. in materia pupillaris: ꝛ qd hic exp̄ssa ex
cludat. videť exp̄ssum. in. l. humanitatis. C. e. vbi excludiť q̄rela
inofficiosi. si ergo nō hꝫ liberos vel fratres q tanq̄ ali⁹ pōt sub
stitui. cōtrariū tenēt Dy. et Mar. sillľ. ꝛ Ray. q̄ cum ista exem
plaris expressa non possit excludere fratres vt. l. humanitatis.
ergo nec matrem: que cum eis pariter ambulat in successiōe. vt
C. ad tertul. auť. defuncto. ¶ Item quero cuꝫ fratres debeant

¶ De quib⁹ fratrib⁹ fieri debet substitutio exemplaris.

71 substitui per. l. humanitatis. de quibus fratribus † intellige/
mus. Quidā dicūt intelligendū de vtroq; coniunctis nō de vte
rinis tm̄ cum eis nō competat querela, de inoffi. testa. l. fratres.
Alij dicunt ꝙ si a patre fiat substitutio deberēt substitui con/
sanguinei vel vtrisq; ꝯiuncti nō aūt vterini per. l. humanitatis
si a matre vterini tm̄ vt sic inspiciať p̄sona substituens argu. C.
de suis ꝛ legiti. l. de emācipatis. ad. l. fratres. respōdent ꝙ verū
est ꝙ fratres vterini non possunt intentare querelam respectu
fratris vterini: sꝫ respectu matris substituētis sic: ꝛ ita non ob/

¶ Si pr̄ substituat vnuꝫ ex fratribus furiosi alijs p̄teritis an valeat.

72 stat. ¶ Sed nunquid pater † possit substituere vnū ex fratri/
bus filij furiosi alijs p̄teritis de hoc no. in gl. in. d. l. hūanitatis.
ꝛ opi. gl. quidā moderni sequūtur. Dn̄s autē Rich. tenebat ꝙ
vnum tantū posset substituere et alios preterire nec possunt p̄/
teriti contrauenire q̄ istud non est testamentum patris sed aui
qui non habet necesse nepotes instituere: cum filius sit in me/
dio: et ideo nihil possunt dicere ad instar matris filij. vt s̄. de in
offici. testamento. l. papinianus. §. sed nec impuberis. Richar.
Sed si teneamus hanc fore redactam ad similitudinem pupil
laris videretur testamentum filij ꝛ non patris. vt. ĵ. eodem. l. ij.
ꝛ. l. patris. et ibi no. sed dici posset ꝙ et in hoc differat a pupil/
lari sicut ꝛ in alijs multis. vt. s̄. dixi. De h̄ tetigi in materia pu
pillaris. versicul. nunc quero. de alia dubia questione eodē mo
do potest responderi ad dictam. l. humanitatis. Sed pone ꝙ

¶ An pr̄ possit exemplariter substituere filio emancipato q añ furorē fecerat testm̄.

filius emācipatus sane mētis cōdidit testamentum de iure fa/
ctus est furiosus nunq̄d pater pōt ei facere hanc substitutionē
dic ꝙ non: q̄ testamentū eius durat vt. C. qui testa. face. poss. l.
furiosum. Item cū sibi prouiderit cessat. l. p̄uisio. ar. C. de pact.

¶ Si pr̄ substituat exemplarē filio sane mentis q postea fact⁹ est furiosus viuo pr̄e et mortuus an valeat substitutio.

conuen. l. fi. ¶ Sed pone ꝙ pater habēs filiū sane mētis insti/
tuit eū et fecit ei substitutionē exemplareꝫ filius patre viuente
factus est furiosus et in furore mortuus an valeat substitutio:
videtur ꝙ non q̄ testator videtur errasse substituendo filio sa/
ne mentis tanq̄ furioso vnde nō valet ar. s̄. de cur. furiosi. l. ob
seruādū et de tuto. ꝛ cur. da. ab his. l. seie egresse. et p̄ hoc. s̄. de
liberis ꝛ posthu. l. si posthumus. in fi. cū enim dixit testator sub
stituo: quousq; sit sane mentis: quō potest hoc valere cum tūc
esset sane mentis et non possit desinere. ĵ. de condi. ꝛ demōstra.
l. ticio fundus. Guilľ. dicit ꝙ vbi testator locutus est per verba
de presenti: quod non valet: quia non potest reconualescere ꝙ
ab initio nō valuit. vt. ĵ. de reg. iur. l. ꝙ ab initio. Sed si testator
loquatur per verba de futuro vt si decedat non sane mentis q̄
forte hoc cogitabat tunc valet substitutio. vt. ĵ. e. l. ij. in princip.
nec ob. si dicatur talis casus aduersus non est considerandus.
vt. ĵ. de verbo. obliga. l. inter stipulantem. §. sacrā. quia verū est
quod casus aduersus in odium non debet cōsiderari: sed in fa
uorē sic. vt patet. ĵ. de fideicom. lib. l. generaliter. §. si libero. Ue

¶ Si p̄digus efficiatur furios⁹ an possit sibi exemplaris substitui.

73 rum quia supra dictum est ꝙ prodigo non potest fieri exempla
ris pone ꝙ quidā p̄digus † factus est furiosus nunq̄d pōt sibi
fieri exemplaris cum etiam si non sit furiosus non possit testari
p̄pter p̄digalitatem vt institu. qui. nō est p̄missum facere testm̄
§. item p̄digus. ꝛ ideo cum sint duo impedimenta videť fieri nō
posse. s̄. de here. isti. l. si nō lex. ĵ. de cōdi. ꝛ demō. l. auia. §. mutia
ne. ꝛ ar. s̄. de ritu nup. l. q̄ q̄. Sed cōtra q̄ p̄digalitas transla/
ta est in fauorē: cū em̄ sit p̄digus qui in expendendo non habet
modū. vt. s̄. de cur. furiosi. l. j. ꝛ sic vitiū animi. ꝯstat aūt furiosuꝫ
nō habere vitiū ai. s. ꝙ sit p̄digus. sed corporis. vt. ĵ. de re iudi.
l. negocioꝝ. de iur. codi. l. ij. §. j. ꝛ de rei ven. l. ꝙ infans. pꝫ q̄ vi/
tiū p̄digalitatis trāslatū ē in furorē: ꝛ sic pōt fieri h̄ substitutio

¶ Magis inspiciť qd nocet q̄ qd p̄dest.

sicut simplici furioso: p̄ hoc facit qd dr̄ magis inspici qd nocet
q̄ qd p̄dest, nā dꝫ cōsiderari qd magis p̄pōderat. vt. ĵ. ex quib⁹
cau. in pos/

causis.in pos.eatur.l.iij.§.fi.z.l. fulcinius.§. quid ergo.et vbi magis preponderat qd prodest illud attenditur vt.j.de iur.fi. l.iij.§.fi.cum ergo preponderet furor magis attenditur vt pos sit fieri substitutio et pro hoc.j.de fideiussor.l.generaliter.z.s. de sta.ho.l.hermafroditũ.al's incipit cum queritur.

An impeditis testari ppter delictũ si efficiat furiosus possit hec substitutio fieri.

¶ Sz pone qd filius testato.ante furo.erat impeditus ob aliam causaz puta qz damnatus de crimine publico vt.s.de testamẽtis.l.is cui bonis.postea factus est furiosus nũquid possit sibi fieri hẽ substitutio.videtur q sic per iura prime allegata in superiori prima qõne:cum totũ vitiũ sit transfusum in furorẽ.S.cõtra qz hec substitutio inducta est humanitatis causa.vt eis q non possunt sibi testari ppter dementiã vel furorem possit fieri hẽ substitutio.Sed hẽ erat aliud impedimẽtum a pnci.ppter suũ delictum:dicam ego hũc esse indignũ hoc beneficio vt q non põt facere per se ppter delictũ suũ nec per alium ar.s.de her. insti.l.neqz per se.z.j.de vsuc.l.labeo.cum em̃ primo esset inhabilis ad testãdum nõ debet habere hoc bñficium ar.dicte.l.si non lex.de here.insti.de ritu nup.l.quãq.z de postulã.l. ex ea. Sed contra hoc multũ vr q dictum est.s.pri.questione de pdigo:qui similiter ex suo vitio z delicto testari non potest vt dictum est ibi q vitiũ pdigalitatis est vitiũ animi q facilius trãsfunditur in furorẽ quã aliud delictum.

Si fiat ista substitutio surdo vel muto si nõ loqtur vel audiat añ mortẽ z postea efficiatur furiosus an valet.

¶ Sed quia supra dictum est q hẽ substitutio põt fieri surdo z muto pone q pater sic dixit filio meo substituo si non loquatur vel audiat anteq moriatur iste filius recuperauit auditũ z loquelam sed factus est furiosus:nunquid valet substitutio vr q non:puisio enim facta in vnum casuz non extenditur ad alium vt.j.e.l.si pater filium.z.s. de liberis z posthumis.l. cõmodissime.S.contra: quia pater ideo sibi substituebat:quia testari nõ poterat prouidẽdo ergo in vnũ casum z in similem puidisse vr ar.s.de cõditione causa data.l.si extraneus de liberis z posthumis.l.gallus.§.z quid si tantũ.z.C.de insti.z substi.l.si mater.hẽ ergo substitutio valebit in casum superuenientis furoris.Et hoc si stati cuz locutus fuit factus fuit furiosus : secus si ex interuallo:qz tũc rupta esset substitutio vt.j.e.l.ex facto in pnc.vnde postea non reconualesceret vt.C.de posthumis here.instit.l.ij.et.l.qd certatum.z hoc verum etiã si mortuo testatore hoc factuz fuit si autem eo viuo tũc dico de equitate recõualescere.ar.s.de in iusto testõ.l.posthumus.

Utrũ parẽtes adoptiui possint facere hãc substitutionem.

¶ Sed nunquid parentes adoptiui possunt facere hanc substitutionẽ.vr q non:qz solum parentibus naturalibus hẽ permitti vr vt.l. humanitatis.ergo non adoptiuis z maxime:qz ibi loquitur de muliere quã cõstat:ad aptare non posse.vt.C.de adopt.l.mulierem.S.ɔtra qm̃ hoc parentibus indulgetur:ergo z adoptiuis ar.j.de col.bonoz.l. si quis filium.Et qz pupillarez facere possunt vt.s.de adopt. l.si arrogator.ergo z hanc q ad eius similitudinem est inuenta saltem in eo q sibi reliquit:ar.j.e.l.sed si plures.§. in arroga-

Quos debeat substituere pater arrogator.

to.¶ Sed quos tũc substituere debet pater arrogator:vr q aliquẽ illoz de quibus dicitur dicta.l.humanitatis. Sz ibi loquitur de patre naturali:z erat ibi ratio:qz non solum bona q veniunt a testante veniũt in substitu. Sed oĩa bona:vt supra dictum est:hẽ aũt non veniunt a substituẽte vt dicto.§.in arrogato.quare dic q nõ hz necesse substituere illos de quibus dicitur dicta.l. humanitatis.

Ratio dicitur quare extranei non possunt substitui in exẽplari sicut in pupillari.

¶ Sed que est ratio q in pupillari possunt substitui extranei vt.s.de inofficio.testõ.l.papi.§.sz nec impuberis.in exẽplari non vt dicta.l.humanitatis. dic qz pupillaris fit principaliter ppter patriã ptãtem:vt.j.e.l.ij.in principio:z ideo testator potest exercere suã potestatem : sicut vult ar.j.de lega.j.l.si filius.§.scdm vulgarem:sed hoc non fit ppter potestatem:qz etiam mater potest eam facere: fit etiam intuitu pietatis que pietas nõ eẽt si substituerentur extranei exclusis ppinquis.

In filijs preteritis possit furioso substitui monasterium.

¶ Sed pone qd aliquis hz filiũ furiosum z alios sane mentis:z sibi substituit quoddã monasterium:z nõ alios fratres suos:an valeat substitutio:vr q sic cũ monasterium habeatur loco filij in auẽ.de sanctissimis episcopis.§. sz huic psenti.z qz summa est ratio que pro religione facit.s.de relig.l.sunt persone.S.cõtra qz verum est monasterium haberi p filio in ingrediente monasteriũ q hic non fuit ar.ad hoc.j.de lega.ij.l.si ita quis testamento.§.fi.z de conditio.z demon.l.fideicõmissariũ.

An exẽplaris diuidatur in tacitam z expressam.

¶ Ultimo quero an ista exemplaris possit diuidi in tacitam z expressam sicut pupillaris. Jaco.de re.z Cy. q sic:z eadem sunt exempla vtriusqz mutatis terminis.Et vide etiam questionem quã notabo in materia breuiloque.ver. xiij.quero.Et hec de ista sufficiant.

De breuiloqua substitutione.

¶ Transeamus nunc ad reciprocam siue breuiloquã z vide quod not.per Azo.in summa.q.§.breuiloqua.z q dixi.j.eo.l.iam hoc iure.et.l.si in testamento.¶ Opponendo primo q non procedat:quia sub breuitate plura comprehendit: sed breuitas parit obscuritatem et incertitudinem:ergo reijcianda:vnde obstat.s.de liberis et posthu.l.gallus z.C. de veteri iure.enucle.l.ij.§.fi.cum simili. Sol.duplex est breuitas vna que ita artat qd impedit verum intellectum.Et illa reprobatur vt in cõtrarijs.Si autem non impediat verum intellectum nõ reprobatur.vt et.s.quod metus causa.l.fi.z de dona.l.fi. ¶ Item oppono q hec substitutio non sortiatur effectum vt.j.eo.l. coheredi.§. qui discretas. Solutio sortitur effectum in personis quibus adaptatur vt hic non in illis quibus non adaptatur vt ibi. ¶ Item oppono de eadem.l.§. qui patrem. Solu.vt in superiori contrario.Sed contra illum.§.oppone de.l.fin.j.ad trebel.Solu.ille §.loquitur quando concurrunt due substitutiones quarum vna est specialis alia generalis:z tunc vna non derogat alteri:secus si sunt eiusdem generis de quo vide qd not.per Dyn. de regu.iur.c.graui lib.vj.¶ Quarto oppo.q ista substitutio aut continet vulgarẽ:aut pupillarez z sic superuacua est per ipsas.Sol.ipsa substitutio continet ipsas duas ɔiunctim z earum effectum:z ideo superuacua non est : quia separata congregat z pro hoc.C. cõmunia de leg. z cõmunia vtriusqz iudicis z communia de successionibus.z ad.l.aquil.l.si seruus seruum.§.inquit lex.¶ Quinto oppono quia in hac substitutione est inuenire eundum institutum z substitutum contra.l.vltimam.§.titius.j.e.z.l.sed si plures.§.fi.sol. in eadem persona z parte reprobatur institutio et substitutio vt ibi:sed in alia persona z parte approbatur et sic in hac substitu. z.s.de here.instu.l.quotiens.§.si quis primum.z.l.sequen.¶ Sexto opp. non est dubium q in ista substitutione non apparet separatio casuum seu causarum:ergo institutus et substitutus se deberent impedire per concursum:et sic dispositio vitiari vt.s.qui bus modis vsufruc.amit.l.ij.ad fi.et.s.de heredi.institu.l.qui soluendo cum.l.sequen.Sol.licet casuum separatio ex verbis non appareat dispositio tamen legis hoc certificat vnde de dispositione hominis non curatur nec certitudine:ad hoc facit institu.de acti.§.curare.si certum petatur.l. certi conditio. in principio et quod ibi no.¶ Septimo oppo.q ista substitutio non sit de numero directarum:quia.l. cauetur q est fideicommissaria vt.j.ad trebel.l. sceuola. Sol.aut ista substitutio concipitur in loco in quo possit esse directa z est directa: secus si fiat in codicillis vbi directa esse non potest:quia tunc fideicommissaria vt directa.l.sceuola.z no.j.eo.l.verbis ciuilibus. et vide.j.in questionibus.vij.questione. ¶ Octauo oppon.q ista substitutio concipitur indefinite:ergo omnes casus debet comprehendere z eorum tempora indefinite.s.solu. matrimo. l.si quis sic.et.j.de verbo.signifi.l.cum querebatur.sed omnes non comprehendit vt.C.de impuberum et alijs substitu.l. hereditatem.ergo z c.solut. omnem casum comprehendit in casu equalitatis.in casu inequalitatis non probatur hec sol.j.e.l.lutius.§.fin.et.l.iam hoc iure. ¶ Nono oppo.q ista substitutio nõ pcedat:qz ɔtinet vulgarẽ z pupillarẽ:sed hẽ est impossibile qz vulgaris sortitur effectũ in casuz negatiuũ pupillaris in affirmatiuũ:sz affirmatiua z negatiua sunt opposita : vt.l.ius nostrum.de regu.iur.ergo in idem non cadunt vt.j.de rebus dubijs.l.si is qui ducenta.§.vtrum.et de verb.signi.l. hec verba ille aut ille.respondet Gui. qd ista substitutio comprehendit vulgares et pupillares tacitas ex dispositione.l.expressas nõ continet z sic tenet contra Az.qd vulgaris z pupillaris contẽte in breuiloqua sint tacite non expresse q an sit verum.j.dicã. ¶ Ego respondeo aliter fm Ray. quod diuersitas temporum et casuum subiectorum tollunt oppositionem vt dicto.§. vtrum quod patet:quia eodem tempore non continet:sed diuersis.¶ Decimo opponitur de.l.lutius.§.fi.j.eodem solu.in personam substituti habet locum substitutio vt hic in personam heredis non vt ibi.Et est ratio : quia spes substitutionis ad heredem non transit vt.j.eodem.l. sed si plures. et de suis et legitimis.l.si ex pluribus.et de hoc tetigi.j. in tractatu fideicommissarie.versi. sed an spes vulgaris. ¶ Sed contra hoc oppono quod spes substitutionis ad heredem transeat : vt.j. de acquiren.heredi.l.qui pater.sed respondeo quod ibi loquitur in iure accrescendi secundum veram lecturam. et ita not. C.de caducis tollendis.l.prima.§.his ita.¶ Expeditis oppositionibus veniamus ad questiones. ¶ Primo querendo quare appelletur reciproca † z breuiloqua vt.j.e.l.iã hoc iure dic q ideo dicitur reciproca:qz de vno in aliũ inuicẽ reflectitur:et aduertas qd ista nõ ẽ ppria substitutio:sed substitutiõis adiectio:nam ante aditã habet locum vulgaris post aditam pupillaris vt.C.e.l.precibus.vbi dicit in primum casum z secundum simile not.s. de peculio.l.iij.§. qui congruit breuiloqua aũt ideo dicitur : quia breuibus verbis plures substitutiones

Quare dicatur reciproca z breuiloq.

